



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi

Cum quadruplici Indice

Cartagena, Juan de

Coloniae Agrippinae, 1613

Homilia Decima. Multiplici eruditione exponuntur verba illa Angelica: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratia[m] apud Deum; cuius occasione ostenditur, quàm ad difficultates superandas intrepidus sit, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

HOMILIA X.

Multipli eruditione exponuntur verba illa Angelica: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum: cuius occasione offenditur, quantum ad difficultates superandas intrepidus sit, qui Deū per gratiam secum habet: è contra verò, quam pauidus, & imbecillis, qui Dei gratia caret.



GNOSCENS Angelus Gabriel, diuino spiritu afflatus, inopinatum eius salutationem, quandā piæ perplexitatis turbationem in Mariano animo genuisse, vt eam ex eius pectore depelleret, pacificaque ac tranquilla mente secretissimum arcanum sibi reuelandum gratanter, ac beneuolè Maria susciperet, verba illa variis mysteriis grauida illam alloquens protulit: *Ne timeas Maria*: quasi dicat: longe à te omnem depelle timorem: non enim ego sum Angelus ille, qui primū hominem è paradiso ciecit; immò venio, vt homo in cœlestem paradysum reducat; non sum ille Angelus, vniuersam Aegyptum septem grauissimis plagis exulcerauit, immò annuntio illum, qui sacramentis, velut saluberrimis antidotis, humani generis vulneribus meditabitur: non sum ille Angelus, qui graue legis onus in lapidibus descriptum, vt grauitatē eius significaret, Moyse detulit in monte Sinai, sed potius, qui aduentum illius annuntio, cuius iugum suaue erit, & onus leue; non sum alter ille Angelus, qui vna nocte ingentem Sennacherib' exercitum nemini parcens interfecit, immò cœlitus venio, vt vniuersus orbis vitam habeat, & abundantius habeat; non tandem, ô Maria, ad te ve-

Gen. 3.

Exod. 12.

Exod. 24.

Matth. 11.

2. Mach. 15.

nio, vt te, velut incredulum Zachariam, obmutescere faciam, sed vt tibi credentium Matri ad verbi incarnationem consensum præstandum suadeam. Ne ergo timeas: iam enim lex timoris abire cepit: iam hyems transit, imber abiit: non est cur Virgo Angelum formidet, cum virginitas Angelis sit cognata, non est cur iam pauca, quia tamen diuina reuelatio in principio terreat, in fine tamen lætificat. Huius quidem timoris, & turbationis, nec non & confortationis, qua illam à Matia Angelus depulit, egregiam imaginem existimaui esse illud, quod reginæ Esther contigit cum Rege Assuero: vt enim sacra narrat historia, cum ipsa non vocata ad regem ingenti ira percitum ingressa esset, turbationem magnam concepit, adeo vt faceret textus dicat: *Regina corruit, & in pallorem colore mutato lassum super ancillam reclinauit caput*: rex autem continuò confortans eam occurrit: *Quid habes, Esther? ego sum frater tuus, noli metuerè*: sicut ergo ibi ad præsentiam Assueri tremuit Esther, ita ad præsentiam Gabrielis sibi loquentis, turbatur Maria, licet non vt illa animo cadens, quia turbatio hæc fuit veterundia, illa imbecillitatis: & sicut ibi Assuerus confortauit Esther dicens: *Noli metuerè*, ita, & Angelus ad consolandam Mariam, turbationem ab ea excussit dicens: *Ne timeas Maria*. Memini Plutarchum in vita Cæsaris commemorare, quod cum illo nauigante magna, & inopinata oriretur tempestas, ita vt intumescetes fluctus nauem absorbere viderentur, nauclerus pauere cepit: at Cæsar ei dixit, ne extimescas; tecum enim est fortuna Cæsaris, non dissimiliter videns Angelus Mariam timore turbationis percussam, continuò occurrit ei, *ne timeas, cum Dominus sit tecum*: quasi dicat: tecum est non fortuna Cæsaris, sed omnipotentis Dei indeficiens protectio; foras mitte timorem cum patre tuo Dauide concinens: *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vite mee, à quo trepidabo?* si

Gen. 2.

Esth. 4. 6.

Ibid.

Ibid.

Plutarch.

Psal. 124.

confi-

confessant adversum me castra, non timebit cor meum: Hæc verba veritas doctissimus Petrus Rauenna in comment. huius loci inquit: Quid timeat, quæ securitatem parit, rerum causam, gaudium secularium; timor non est, ubi diuini est negotium, non humanum: quid timeat Maria, cui index est causa, assertor integritatis, testis munditia & D. Bernardus Angelum introduxit in hunc modum loquentem: O si scires, quantum tua humilitas Altissimo placeat, quantum tibi apud ipsum sublimis maneat, Angelico te indignam nec eloquio, nec obsequio indicares, ne mireris Maria, quod Angelus ad te venit, nam, & maior Angelo in te venit, non mireris, Angelum Dominicum, nam, & Dominus Angelum est tecum: postremo quid nisi Angelum videas, cum iam Angelicè viuas: Cur autem indebitam tibi dixeris gratiam Angelorum, quæ inueniunt gratiam apud Deum? Petrus Chrysologus contemplan. B. Virginem turbatam fuisse, quod in te portare potuisset tuam regentem machinam, hæc scribit: Denique ne tanto ponderi celestis fabricæ in Maria subtilis nostri corporis arena succumberet, & in Virgine, totius generis humani portatura frustum, virga tenuis frangeretur, fugatura metum vox Angeli mox præcessit dicens: Ne timeas Maria: Verum mysterio sanè vacare minime putauerim, quod Angelus, cum salutem Virginem, nomen eius præterit, cum tamen turbationem ab ea fugare contendit, vocem Mariæ profert: Ne timeas Maria. Arbitror quidem, quod quia Angelus probè agnoscebat virtutem mirabilem nominis Mariæ, ad placandum animum, & omnem eius timorem, & turbationem abolendam, idcirco consultò nominauit Virginem proprio nomine dicens: Ne timeas Maria: à quo sanè, ni fallor, edoctus, & illustratus Angelus, qui apparuit Ioseph, si alter fuit quam Gabriel (inferiores enim à superioribus illuminantur) volens ab eo depellere turbationem, quam conceperat, videns sponfam suam, quam nunquam agnouerat, prægnantem, nomen Mariæ adhibuit dicens: Noli timere accipere Mariam conuicem tuam;

nduerat enim nomen Mariæ contra omnem turbationem, & timorem, optimum antidotum, & præsentissimum remedium esse. Sicut igitur beata Virgo per similes exitit Christo Domino, ita, & nomen Mariæ per simile fuit sanctissimo nomini Iesu, cuius proprium est non solum turbationem, sed & ipsum dæmonem fugare: In nomine meo Dæmonia eiciunt: Ab hac expositione non longe recedit D. Petrus Chrysologus cum lectm. 142. dicat: Maria hebræo sermone, latine Domina, nuncupatur, vocat ergo Angelus Dominam, ut dominatoris genitricem trepidatio deserat seruatus, quam nasci, & vocari Dominam, ipsa sui germinis fecit, & imperiiu auferat. D. autem Bernardus aliam viam ingressus ait, Angelum tunc nominasse Mariam, ut magis familiarem ei se exhiberet: Familiariter (inquit) Virginem vocans ex nomine, benigne, ne timeat, persuadet, nihil hic doli, aut fallacie est, nullam circumventionem, nullas hic suspiciones insidias. Ac tandem aij putarunt Angelum consultò tunc sacrum nomen Mariæ protulisse, ut ei ad memoriam reuocaret, nomen eius in libro vitæ esse scriptum, quod non poterat non valde eam exhilarare, iuxta illud: Gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cælis.

Ceterum ne ab historia Regiæ Esther recedamus, sicut de illa dicitur: Placuit ei, scilicet Regi Assuero: & inuenit gratiam in conspectu illius: ita Mariæ dicitur ab Angelo: inuenisti gratiam apud Deum: quorum verborum planus sensus est, quod inuenit apud Deum hunc fauorem, ut mediante gratia sibi infusa ei placeret. phrasim enim hebraica frequenter in Scripturis, inuenire gratiam apud aliquem significatur, fauorem illius consequi, idque ex solo ipsius beneplacito. locutus est Dauid ad Achis regem Geth: Si inueni gratiam in oculis tuis: hoc est, si inueni fauorem; ad eundem modum serui Dauid dixerunt Nabal, cum peterent; ut donaret aliquid ad n. a. ducandum: Nunc ergo inueniam pueri tui gratiam in oculis tuis: hoc est, hunc fauorem.

- rem concede. Magnam quidem gratiam nactus est Abraham, cum Angeli ad eum diuiterunt, iuxta verba ab eo prolata:
- Gen. 18.** *Si inueni gratiam coram oculis vestris: sed maiorem gratiam inuenit Virgo, cum rex Angelorum ex ipsa natus est. magnam sibi gratiam conferendam censebat Moses, si Dei faciem videret: Si, inquit, inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam: at Virgo non vidit tantum, sed & genuit Deum, & hominem: ac tandem, inuenit Moses gratiam electionis: Inuenisti gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. Noe obtinuit gratiam perfectionis: Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. Esther gratiam inuenit, ut fieret sponsa Assueri regis, at Maria inuenit gratiam, ut fieret pariter sponsa, & Mater Christi. Non quidem rapuit gratiam, ut capere superbe contendit Lucifer, sed inuenit, quia: qui querit, inuenit, & pulsanti aperitur: non emit gratiam, ut pecunia emere tentauit Simon Magus spiritus sancti superuentionem, sed inuenit instar Euangelice illius foemine dicentis: Inueni drachmam, sed non quam ipsa perdidit, sed quam perdidit prima mater: gratiam enim, quam Eua Angelo leuiter credens amisit, hanc Maria Angelo prudenter consentiens inuenit, & recuperauit: unde Albertus magnus ser. 3. de Annu. dixit: Inuenisti gratiam, non creasti. ut Deus: non rapuisti, ut Angelus: non perdidisti, ut Adam: non emisisti, ut Simon Magus: non abscondisti, ut infidelis doctor, sed restitisti potius, gratiam dico incretam, & cum illa omnem creaturam spiritualem, & corporalem.*
- D. Ambr. & Orig. sup. c. 1.** *Luc. Salmerson in comm. huius loci. Ad Ios. in vi. 12. v. 12. v. 12.*
- sed altius si placet. cum D. Ambrosio, & Origene verba haec explicemus. hi Patres nomine gratiae hoc loco intelligunt gratiam incarnationis, iuxta illud: apparuit gratia saluatoris nostri, erudies nos: ad cuius intelligentiam nonnulli modetati supponunt, quod cum B. Virgo diuinitus illustrata agnouisset proximum iam esse aduentum Messie, & ex propheta Dauidica, unde ipsa originem ducebat, oriundum fore: virginis propositum diligenter custodiens, Deum peccati non cessabat, ut dignaretur illam esse Virginem, de qua scriptum est: Ecce virgo concipiet, & inuenit. Ceterum duo mihi id distradere, primum quod de rara, ac profunda humilitate Virginis verisimile non est, cuius illam illi Dei Genitricis dignitate a Deo postulare presumpsisse, sed potius illius ancillam esse, quae futura erat mater Dei: alterum est, quod D. Bonau. de meditat. vna. Conisti reterit, cuiusdam foeminae (quam putat fuisse S. Elisabeth) factam fuisse a Deo para Maria hac reuelationem in hac verba: Petebam, ut faceret mihi videre tempus, in quo nata esset illa honestissima Virgo, quae debebat filium Dei parere, & ut conferuaret oculos meos, ut possem eam videre: linguam, ut possem adorare, manus, ut possem ei seruire &c. quauis autem Virgo non postulauit filium Dei concipere, querens tantum matrem Dei ancillam, gratiam illam, ut ipsa fieret mater Dei, inuenit, & ut gratiae auctorem ex se gigneret. quod inde non parum stabiliti posse autumo, quia commemorante sacra scriptura nonnullos, qui gratiam Dei inuenierunt, quosdam ex illis aut inuenisse eam coram Deo, ut de Moysse, de quo Exo. 33. dicitur: Inuenisti gratiam coram me: alios inuenisse eam ante Deum, ut de Dauid, de quo Lucas est D. Stephano, act. 7. dixit: Inueni gratiam ante Deum: actadem alios refert gratiam inuenisse in oculis Dei, aut, in conspectu Dei, ut habetur Gen. 6. & 18. apud Deum tamen inuenisse gratiam nulli alteri, quam B. Virgini tribuit, ut hoc peculiari genere loquendi significaret gratiam, quam inuenit, fuisse filium Dei, qui erat apud Patrem, iuxta illud Ioan. Et Verbum erat Ioan. 1. apud Deum. Hanc intelligentiam satis id confirmare viderur, quod postquam dixerat: Inuenisti gratiam apud Deum: continuo subiunxit: Ecce concipies & paries Luc. 1. filium: gratia igitur, quam inuenit Maria, filius Dei est, quem conceptura erat. Sic enim eum vocat D. Paul. ad Hebr. dicens: Ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Heb. 2. Et hanc quidem gratiam, ut egregie dixit Andr. Iord. dicitas ierosolym. non accepit Sara, non sensit in comm. Rebecca, non cognouit Rachel, non est digna huiusmodi habita

Babita Anna mater Samuelis quoniam ee quidem ex sterilibus facta sunt matres, amittentes unã cum virginitate orbitem: tu autem, etiam si mater sis, virginitate tamen frueris illeja D Paulus cœlesti numine illustratus inquit: Divesiones quidem gratiarum sunt: & diversi ducta obunverunt: alij interpretationem sermonum, alij genera linguarum, alij gratiam sanctitatis, & his similia; sublimem autem hanc gratiam, filium Dei proprio vtero concipiendi, nulla inquam forma præter Mariam inuenit. vnde Diuus Bernard dicebat: Inuenisti, quod querebas; inuenisti, quod nemo ante te potuit inuenire; inuenisti gratiam apud Deum. Dei & hominum pacem, maris destructionem, vitæ reparacionem ac tandem dum D. Damasc. de dorm. Virg dixit: Gratia abyssum Vtgo inuenit, quæ duplîcis virginitatis panem in o. lumen seruauerat, animam non minus, quàm corpus virginẽ custodierat: quid queso aliud intelligit, quam Mariam inuenisse filium Dei: qui abyssus est, & perennis fons gratiæ. Hinc nos à Maria discamus quærere gratiam, non apud homines, sed illam, quam obtinuit Ioseph apud Pharaonẽ aut Daniel apud Danu, & multo minus illã, quã inuenit Amã apud Regem Assueru, aut Achitofel apud Absalonem, quæ Aman crucem peperit, Achitofeli vero suspensum attulit: vnde acutẽ D. Aug. epist. 144 dixit: Mundus iste periculiosior est blandus, quam molestus, & magis cauendus cum se facit diligi, quàm cum admodum cogit: conuenit oportet ergo quærere gratiam apud illum, per quem reges regnãt, & legu conditores iusta decernunt, & cui potentatus omnes iam terrestres, quam cœlestes, subiciuntur. hoc idem monens Bernard, dixit: Queramus gratiã apud Deum, nam apud homines gratia facta x. Querant alij alia, nos inuenire gratiam suã deamus. Quid enim? non gratia est: quod hic sumus; projectio misericordiæ Domini est, quod non sumus consumpti nos. Qui nos? Nos perituri, nos adulteri, nos homicidæ, nos raptores, purgamenti a vitique mundi huius.

illud quidem inter alia multa, quæ no

bis suadent gratiam quærere apud Deum non apud homines, non minorem locum obtinet, quod illa ad bonum, fortem, & intrepidam reddit animam, hæc verò timidum, ac imbecillum magis ad virtutem capessendam, & ad vitia sequenda proniorem. Hinc Salomon ait: *Fugit impius, nemine persequente; iustus autem, quasi leo confidens ac si apertus dicat: nihil inueniri potest formidolosius impio, quoniam caret gratia Dei, nihilq; fortius iusto, quia gratia Dei instat fortissimi leonis illum hostibus suis horribilem reddit. peccat primus parens, & gratia destitutus, quam primum Deus illi dixit: Adam ubi est? respondit: vocem tuam Domine audiuisti in paradiso, & tinnit. ecce primum fructum peccati, formido est, & pavor. vt ait Iob: Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.* Tradunt Philosophi naturales, leporem auditum habere acutissimum, ita vt, vel leuem sibilum quàm longissime audiat: & cum animal sit timidissimum, semper vagatur, & ferè numquam quiescit: immo, & quãdo dormit, oculos habet apertos, quasi nulli fidens. Ferunt etiam iudæ, ceruos eodem genere timiditatis laborare, ita, vt nunquam quiescant, sed ad quemcumque vel folij leuissimi sonitum contremiscant: sic impiis, cum gratia Dei carent, semper terror sonat in auribus eorum, & leporibus, & ceruis timidiores, & imbecilliores multò redduntur, vnde apud Deuteronomium minabatur Deus populo Israel *Si violaueris legem Dei, non erit fortitudo in manu tua, & dabit tibi Dominus cor pauidum, & timebis nocte, & die, & non credes vite tue, & mane dices, quis mihi det vesperam? vespere quis mihi det mane?* & apud Leuiticum: *Daloporem in cordibus eorum, in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient, quasi gladium, cadent, nullo persequente: timeat ergo, & tremat peccator Cain, cui Deus est iratus, & dicat: Ecce cecidit me hodie à facie terre, & à facie tua abscondar, omnis, qui inuenerit me, occidit me: quẽ*

L I I z enim

Prouerb. 28

Gen 3

Iob. 13

Deut. 28

Leuit. 26

Gen. 4

enim Deus a facie, & gratia sua eiicit, quæ mala non inuadent? & quem Deus gratiæ suæ donis cumulat, quæ bona non consequentur? Id probe agnoscens, im- mō expertus Dauid confidenter canebat:

Psal. 26.

Si conspiciant aduersum me castra, non timebit cor meum, si exurgat aduersum me praelium, in hoc ego sperabo. quid queso habes Dauid iuxta te, aut in quo confidis, ut neminem timea: respōdet: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus prote-

August. sup. Psal. 26.

ctor vitæ meæ, a quo trepidabo? super quem Psalm. D. Augustinus egregiè dixit: Protegi- tur Imperator scutatis, & non timet, protegi- tur mortalis, & securus est; protegitur mortalis, ab immortalis, & timebit? quid est illu- minatio Dei, & salus Dei, nisi gratia Dei? hæc est, quæ mentem illuminat, volunta- tem accendit, animæ salutem præbet, vi- res homini cōfert eas, ut idem regius psal- tes diceret: Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es: cui sit honor, & gloria in sæcula sæcu- lorum. Amen.

Psal. 2.

Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es: cui sit honor, & gloria in sæcula sæcu- lorum. Amen.

HOMILIA XI.

Luc. 1.

Mariana illa verba: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? multifariam, multisque modis illustrantur, & ex illis aduersus obla- trantes Hereticos, constantissima Maria fides, integerrima Virgini- tas, voto constabilita, ac rara, & inaudita eius prudentia apertissime commonstrantur quorum occasione permulta ad informandos mores traduntur.



NTEQVAM varia ar- cana, quæ in propositis verbis latent, detegamus, operæpretium duxi, prius pulchram Patrum conte-

xere catenam, qua B. Virginem ab Hære- ticorum calumnia perfucata fronte de incredulitate illam increpantium, acerrimè vindicemus. Contendant impij Hæ- retici, Mariam dubitasse de veritate rei ab Angelo sibi nunciatæ, & ided vacil- lantem dixisse: *Quomodo fiet istud* in cam- q. 23. ar. 1. sententiam, quorundam Patrum extor- quent testimonia, præsertim August. & Chrysof. quia ille lib quæst noui, & veteris Test. dixit: *Ambigenti Maria de conce- ptu, possibilitatem Angelus prædicat*: quibus verbis apertè indicare videtur propterea Angelum instruxisse illam de possibili- tate mysterij, quod nuntiabat, adhibito exemplo Elisabethæ sterilis, quæ iam cō- ceperat. simulque subiunxit: *Quia non erit*

Luc. 1.

D. August.

Luc. 1.

Chrysof. in

29. in Gen.

Luc. 1.

impossibile apud Deum omne verbū. In idem trahunt Chrysof. introducentem Ange- lum a d. Mariam in hunc modum loquen- tem: *Ne quæras naturæ modum, & exordia, quando supra naturam sum, quæ sunt; sanè propter hoc eris, quoniam virum non cognoscis, nam si cognosceres, non fuisses habit a digna, ut huic ministerio seruires, atque adeo, quod in- credula es propter hoc, crede.* Possuntq; hæc Patrum testimonia in hunc modum cor- roborari: nam; vel Virgo existimabat ad Christi conceptionem opus esse virili o- pera, & hoc non, cum non ignoraret tri- tum illud Isaïæ vaticinium: *Ece Virgo con- cipiet*: ut enim tradit D. Ambrosius, ipsa D. Ambros. 8. legerat verba illa Isaïæ; & ut docet Diuus 2. in Lucam Thom. donum, & vsum prophetiæ habebat, & saltem perfectam fidem habebat D. Tho. 3. 1. mysterij incarnationis, atque adeo, quod Deus concipiendus erat à Virgine; vel pu- tabat, virilem operam ad eam concep- tionem non desiderari, & sic omninò fru- strâ, & præter rem, dixisset: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* nam, ut adnotauit Chrysof. præcitato loco; po- tius ad concipiendum Christum, oportebat, non cognouisse virum. restat ergo, ut dubitantis sint illa verba. Nodus sanè hic videtur difficilis, ac similis herculæo nodo, in quo nec principium apparebat, nec finis: qualis etiam fuisse dicitur, nodus Gordius, quem

Luc. 1.

D. Chrysof.